



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Landrada V. 8. Iulii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

S. LANDRADA V. 8. Iulii.

SCITÈ LANDRADA Virgo genus suum, quod è Principum Gallorum stemmate ducebat, novit æstimare, dum despectis, qui multi illam deperibant, terræ filiis omnibus, uni Agno intactâ servavit sese. Doluit id multum parentibus, ut qui generos, qui nepotes sperabant, Sed maluit illa familiam emori, quàm Virginitatem; & satis se oblectabat numerosâ, quam domi alebat, pauperum sobole. His illa ultima servitia exhibere, interim pretiosum pudorem sub vilibus ancillarum pannis tegere, deniq; quò tutior hic foret, in ultimas solitudines asportare; si tamen solitudines rectè dicimus, quas ab adventu ipsius cœlites deinceps cantu suo frequentarunt, lumine exhilararunt. Et fuit, cum hi ipsi, festiva inter tripudia, Mnesosynon illi à sponso crucem artificiosam è cælo detulerunt. Huic illa mox Aram; Aræ templum; templo se suaque dicare ad ultimū vitæ diem usque. Ab hoc spectabilis Lamperto Episcopo tumultum eo in loco se velle significavit, in quem delapsa primùm Crux foret: quod ne fieret, cum homines intercessissent, bonam operâ boni Angeli locarunt, suisque manibus castissima mēbra eò deportata composuerunt. Tam nobiles Virtus Vespillones habet. *Ex Sur.*